



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus
voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Approbationes

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)

Approbatio Academiae Parisiensis.

Decreto Sacrae Facultatis Parisiensis, superimponitur suffragium hocce commendaticium perpetuis illis Commentariis, quibus insudavit labore improbo, omnibus probando, Reverendus admodum Pater JOANNES BAPTISTA GONET, Biturrensis, Ordinis Fratrum Praedicatorum, Provinciae Tolosanae, strictioris observantiae, atque in Academia Burdigalensi Antecessor. Quod quidem opus suum jam tum pro palatum sub titulo, *Clypei Theologiae Thomisticae*: Jam nunc incudi suae reddidit, & perunctiones assiduas, tot eruditae accessionibus amplificavit, ut non tam illud ipsum, quam novum opus nova fabricatione coagmentatum coaluisse videatur; sic Clypeus ille factus est scutum ingens, absque quo saepe stipendiarius factus sit opifex ejus & imperturbabilis malleator, extra quam auctorem praeponderare non tantum Clypeo septemplex nominatissimo, sed etiam quingentis levis aureis quae fecit Salomon, non seposito illo uno, in cujus laminas auri scylos dederat sexcentos, ita ut in unico isto instrumento militari, quasi in armamentario instructo, talem sibi accingant armaturam nostri Palaestrae candidati, qualem videre est dum insequitur nimbus pedum, clypeaque rotis agmina destantur campis; nisi quod ita Clypeo huic inseritur machaera, ut lepidè dictum utarpe mus, *hic scuti dulcior usus erit, cum tota Clypeum pro illo classe tenebunt*. At enim mirum quantum Author hic classicus, alioquin vitae cenobiticae affecta, minutius operosae exegit vigilias, quando nunquam à scripturae & lucubratione sibi dedit ferias in recedendo scuto, quod juris faceret publici. Porro omnia sic sunt in hoc opere concinna, & fidei contenta, ut nihil nervosius, nihil elaboratius, nihil argutius, solidius nihil. Hujus Clypei caelatura (ad instar veterum) perhibet communita Fidei dogmata, sensa Patrum enodata, motum beneplacita regulara, nil denique desideratur, quo scientissimi evadant sacris initiis concertationibus, atque adeo armatissimi in pia palaestra comparebunt, Antesignano & praevio duce isto Clypeato, quem ubique sentiant affici quod loquitur, quem utique loquentur omnium ora commilito sum, quorum ingentes animas a termitati sui operis vestigales habebit; nec enim minoris pretii auctoramentum illi debetur, è cujus textura ingenii Clypeata Theologia Angelica, felicitius quam Pallas armata è Jovis cerebro prognata; terribilamentum erit erroribus. Et quia adoptivo jure inter filias suas connumerat Academiam Burdigalensem Alma Facultas Parisiensis, hinc est, quod pralaudatum Professore ejusdem Academiae Gonetum, quasi conspiciendum in quinum, benevolentiae suae gratia cumulatam voluit, ut qui divinae scientiae apicem, nullo refragante calculo, summi sui beneficio ingenii attingisse noscitur. Conscripti ego Doctor Theologus Facultatis Parisiensis, sexto Kalendas Maii, Anno Domini M, DC, LXIX, à Comitibus ejusdem Facultatis mensibus Aprilibus.

CHAPELAS.

Curatus S. Jacobi à Maçtabovia.

Approbatio Academiae Burdigalensis.

Operis Theologici quod inscribitur *Clypeus Theologiae Thomisticae contra novos ejus impugnatores*: Authore P. F. JOANNE BAPTISTA GONET, Ordinis Fratrum Praedicatorum, Sacrae Theologiae in Academia Burdigalensi Professore, & Antecessore, quique Tomos in universam Doctoris Angelici Summam, diligenter evolvimus, & quaecumque in illis doctè, perspicuè, & subtiliter agitantur, ad amissum exponentes, nihil fidei, nihil pietati, nihil probis moribus adversum, Sacris Paginis conlona omnia judicavimus exponi omnia luculenter ad majestatem argumenti, digna omnia, quae publicae utilitati in lucem quamprimum ederentur. Quae unanimi studiorum omnium plausu, praeregentem audivimus, ea probamus; eisdem ubique doctrinae sibi familiaris imbres, scribens extillar, & erudiens. Quae hoc opus suum, typis exarare meditantem, libentissimè suffragamur, atque in certam hujus Academici fortis commendationem, Chirographum nostrum appingere volumus. Datum Burdigalae die 5. Januarii anni 1659.

FONTENEIL Cancellarius.

LOPES Ecclesiastes Burdigalensis, Doctor Regens.

Fr. ARNALD Augustinianus.

Fr. ANDREAS TOUTON Ordinis Carmelitarum.

Licentia Reverendissimi Patris Generalis.

Notis Frater JOANNES BAPTISTA DE MARINIS, Sacrae Theologiae Professor, Ordinis Praedicatorum humilis Magister Generalis & Servus.

Harum serie, nostrique auctoritate Officii. Tibi R. P. F. Joanni Baptistae Gonet, Sacrae Theologiae Professore. Conventus nostri Burdigalensis, Provinciae Tolosanae, licentiam facimus & facultatem, publicis typis committendi opera Theologiae à te composita: modo prius à tribus in Theologia Magistris vel Professoribus Ordinis nostri, à Reverendo admodum Patre Provinciali Tholosano deputandis, fuerint approbata. Servatis insuper, juxta sacros Canones, Decreta Summorum Pontificum, Constitutiones nostras, & Capitula generalia, servandis. Datum Romae die 3. Februarii anni 1658.

Fr. JOANNES BAPTISTA de MARINIS Magister Ordinis, Registrata folio 80.

Fr. JACOBUS BARELIER Magister & Socius.

NOS Fratres JOANNES ANDREAS FAÛRE, Provinciae Tolosanae Fratrum Praedicatorum humilis Vicarius Generalis & servus. Tenore praesentium, nostrisque auctoritate Officii, Reverendos Patres Vincentium Baron, Joannem Baptistam Maderan, Josephum Mailhot, & Antoninum Massoulié, sacrae Theologiae Professores, nominamus & instituimus Theologorum Censures operum, quae Reverendus Pater JOANNES BAPTISTA GONET, in Burdigalensi Universitate Professor publicus, in lucem editurus est. Datum Tolosae die 13. Octobris anni 1658. In quorum fidem his Officii nostri sigillo munitis propria manu subscripsimus.

Fr. JOANNES ANDREAS FAÛRE Vicarius Generalis qui supra. Registrata folio 36.
Fr. JACOBUS VALETE Socius.

Approbatio R. P. Vincentij Baron Sacrae Theologiae Doctoris.

Praefixum huic libro (quem pari voluptate & attentione evolvi) Clypei titulum, doctrinae quam proficitur injurium, suoque auctori in officiosum, prima operis speciem denunciat, videaturque indignus luce, qui veluti propriae infirmitatis conscius, umbram sub lecto quaerere non lucem, latibulum, non theatrum. Duplex liquidem Clypei munus, veritati (quae ortu suo tenebras discit, fugatque errores in trepida) insensum, dum quod regit, obscurat, arguitque latentis ignaviae quod protegit. Verum Solis est Clypeus iste, pura luce micans; lectum est innato jubare pellucidum, cujus lumine quod non lucet, absconditur; quod non accenditur, frigit: sicque ratiuae lucis ingenitaeque dignitatis, testis est splendidissimus, non in seipso latebra, aut ignaviae monumentum. Mentem enim suam radiantem hoc circumfusus Ancilli, quasi sub ipso Sole Author exposuit; nec ferentiori prodire Caelo potuit doctrina Thomistica, quam facilius nemo, nemo feliciter, haereditario coruscantem splendore, lucisque praepalavit. Rutilanti hoc reclusus, aut potius detectus Clypeo, qui late gestiebat, Adversariorum perstringit diem, retundit spicula, solvit versutias, ridet sophismata, vanosque conatus. Nul- lum in eo lolet Pilum; quaedam defatigat & velut levia tela laxo sinu eludit: quaedam discit, & in eum qui miserat, vclentore manu respicit & retorquet. Enim verò dum explicat, quid lucidius? dum refellit, quid nervosius? quid solidius dum edocet? In aliis Scriptoribus fucata plerumque aut dimi- nuta veritas, ut potest servituti addicta aut laevitia; hic pura & plena, laevitate nescia aut servire, quae naturae imperat gratiae subministra, quae Angelico enata sinu, terrena ridet, docens amare caelestia. Caeterum Quicumque docet hujus operis Author, plus habet fiducia quam cura, splendorem illi affundunt, styli non fucatus decor, sed candor perpetuus; oratio non sollicita quae Rhetorem sapiat, sed fluens quae Theologum, calentibus condita Patrum sententiis, quibus non verba, sed mores com- ponat, animisque scribat non auribus, ut sanctioris disciplinae decet Myrtam, qui eodem loco habet pigmenta, quo figmenta: cui muliebre censetur ornamentum, concinnitas, fractique animi index cer- tus, cultus sermo, qui lucere docet, non vivere. Nec tamen in concussa firmitate, tua deest licet dissi- mulata subtilitas, esse aut potens quae habitu studet latere. Quisquis ergo pro veritate, gratiaque di- vina de pugnaturus accedis, huic armamentario indubie manum admove. Et in expugnabili lecto cir- cundabit te veritas eius. Te verò quam nunc in lucem producis certior genii tui proles audeat incul- panda accusare, quod diutius quam par erat celaveris speculum mentis tuae, ubi tunc omnis aetas ventura possit inspicere, unaque genuinum Theologiae Thomisticae sensum. Neque enim inter caliginosa ex- undantis undique mendacii tempora, tardiori mora subducendus erat litterarius hicce Clypeus, quae citato mandandum prolo censeo, quo se, sapientiae veritatis, salutisque avida posteritas, tanquam si do- animi munimento circumdetur, habente in pejus seculo, divinatorum scientia, quae summa nobis de- bet esse Philosophia, iners evadat Philologia, sterilique oblectamento deserviat quae debuit esse re- medium: docet ista Christianum hominem, profectum suam vitam aestimare, non garritu, tantumque sibi sacrae sapientiae adscribendum, quantum non cupit nec timet animus superis nubians. Datum Pa- risiis 1. Martii 1659.

Fr. VINCENTIUS BARON Sacrae Theologiae Professor.

*Approbatio R. P. Joannis Baptistae Maderan, Sacrae Theologiae Professoris,
& Conventus Burdigalensis Prioris.*

Clypeum olim Phidias mirata est antiquitas, ego hunc quae in Theologiae Thomisticae defensionem editum vidi & perlegi, illum mirabilem fecit occulta partium colligatio, soli artificii notata deo ut disjuncta ab aliis una, tota subito solveretur structura, solusque Phidias divitas partes iterum copularet. Iste non reconditam certè, sed evidentem doctrinae Thomisticae demonstrat connexionem. Tanta ingenii praecipuitate profundiora pandit Author Theologiae mysteria; ut pervia jam fiat studiosis omnibus, sublimis licet Thomistarum doctrina, nec minus facilis quam clara. Tanta rursus perspicuitate judicii separata subnectit dogmata; ut cum varias Theologiae partes sola arte Thomistica junctum ut ostendit, nulla vi posse juncturam solvi non diffidat. In alio Phidias Clypeum iste superat; nimirum ne dum seutum est quod hostium tela eludat facile, sed & armamentarium amplissimum, unde sagittas promat Thomista, quas in hostes conjiciat non inani ictu. Cum igitur antiquo illo Phidiano & corrodente temporum lima consumpto, istum Theologiae Thomisticae Clypeum laude censeam digniorem, optaverim etiam in saecula famosiorem, Datum Tolosae in Conventu nostro S. Thomae Aquinatis die 4. Januarii, anni 1659.

Fr. JOANNES BAPTISTA MADERAN, Ordinis Praedicatorum, Sacrae Theologiae Lector.

Approbatio R. P. Iosephi Mailhot Sacrae Theologiae Professoris.

Cum hunc Theologicum attentione magna, majori animi voluptate perlustranti mihi, seu minor in profundissima eruditione singularis, seu locupletissima in brevitate copia passim occurrens, facile persuaserit, ut eum publica luce plane dignum centerem. Unum duntaxat minus in ipso placuit. Operi suo Author inposuit Clypei nomen, cum illud revera sit illustrissima omnis generis armorum officina, quibus aut defendi sincera antiqua sapientiae dogmata, aut imperitiae novitatis vana commenta refelli possunt. Et tantum abest, ut ex eo quippiam Sacrolanctae fidei, seu Catholicae Romanae Ecclesiae oppugnet oracula: immo per illud ubique munitissimum ipsius Fidei, totiusque Orthodoxae Doctrinae ante me vale, id est, Thomistica Theologia, validissime propugnatur. Datum Burdigalae 25. Martii, anni 1659.

Fr. JOSEPHUS MAILHOT, Ordinis Praedicatorum,
Sacrae Theologiae Lector.

Approbatio R. P. Antonini Massoulié, Sacrae Theologiae Professoris.

Librum cui titulus: *Clypeus Theologiae Thomisticae contra novos eius impugnatores*, attentè & summam voluptate perlegi, in quo nihil quod absolutissimam in re Theologica scipionem efficeret possit, desiderare poterim. Etiam non solum sagacitatem animi ubique miram, acumen ingenii non mediocriter eruditionem reconditam, & soliditatem reperi, qualem in D. Thoma nemo non admiratur, & lux Scholae reliquit. Sed praeterea, quod difficillimum esse existimantur semper, & experimento perferunt, qui difficilia pertractant: eas dotes à natura studioque comparatas, cum summa claritate conjungit. Verissimè quidam dixit, *multos excogitare quidem optime, sed male sermone interpretè destituisse*, quos merito negaveris, scriptis libris, & in commune bonum, & publicum censum datis, quidquam in lucem edere: vel quod aded barbarè sese explicent, ut dixeris in alio orbe, & sub homido caelo natos, nullum cum eruditissimis hominibus, aut humanioribus literis commercium habuisse: vel quod sine methodo, sine ordine rerum, ubique incipiant, ubique desinant, quod in Seneca quidam reprehendit, vel contra in magna & confusa farragine rerum sine delectu, quibus libros implent, vix exitum ullum reperias. Verum potissimam hujus Operis Theologici laudem esse censeo, summam claritatem, quae non dubitaverim asserere ceteros Scholae nostrae Theologos authorem hunc superasse. A deo enim sese feliciter explicat, stylum aded facilem, nec tumentem, nec ullam barbarie respersum adhibet: aded egregia methodo, eleganti ordine, res ipsas minus ordinis patientes disponit; ut nemo unquam verius sua scripta in lucem edidisse, suam aperuisse mentem, & ut verbo Ennodii utar, *lucem loquentium fuisse* dici poterit. Verum quod aliorum exemplo timendum fuerat, summae soliditati, quae non sola superficies, sed intimi recessus penetrentur, nihil tanta claritas officit. Nihil enim quod ad difficillimarum quaestionum resolutionem spectet, intra eum relinquit: vulgares difficultates non vulgari doctrina explanat: novas Advertariorum tripas tantà facilitate explodit, ut ludere videatur: plures sibi, easque graviores difficultates excitat, ut fortiosem seipso hostem quem impugnet habuerit neminem. Habet sane Schola Thomistica instructissimam, toti litterariae rei panopliam in uno Clypeo, quo se quisque tueri, & in tanto ingeniorum, quae male pereunt, naufragio, ad veritatis portum securus deferri, ut hic miles strenuus, qui variis Clypei sui ictibus, in gravissimis teli talique periculis salutem se debere ita dixit.

*In volumem ex acie Clypeus me praestitit, idem
Naufragio apprensus hinc a ad usque tulit.*

*Apud Al.
ciana.*

Dignissimum certè suo Clypeo Authorem esse iudico, qui in eorum numero, qui Dei fortes terrae, vel ut ex Hebraeo alii explicant, *Sicut terra sunt*, habeatur: nec in una duntaxat Academia, quod à pluri- bus annis felicissimè praestitit, sed in toto terrarum Orbe, velut alter

*Romana stirpis origo,
Sydero flammans Clypeo, caelestibus armis.*

Virgilium.

Thomisticam veritatem tueatur. Ne quid verò ab eruditiorum hominum criteriis, vel ab Ecclesiae censuræ sibi metuendum sit, ut veritatem suo circumdat Clypeo, ita suo vicissim Clypeo veritatis circum- dabit semper. Ita censeo Burdigalae die 5. Januarii anni 1659.

Fr. ANTONINUS MASSOVLIE, Ordinis Praedicatorum,
Lector Theologiae.

APPRO-

Approbatio DD. S. T. ex Universitate Coloniensi.

Cum ex jussu D. Augustini, relati cap. 3. vides. 23. q. 6. verborum negotium, ad satisfactionem grandium, ratione cunctandam, admodum Reverendus Pater Ioannes Baptista Gonet Ordinis Prædicatorum in Burgundiam, Theologica Facultate Antecessor sapientissimus, suis in lucubrationibus Thomisticis, hæc omnia sic præstitit, ut sua Angelica dogmata, qua divino Verbi testimonio confirmet, qua D. Thomæ roborat fulcumento, cuius auctoritas prope omnipotens est, ut ait aliorum Clemens Alexand. 4. Stromat. c. 1. quæ rationibus invictis stabilizat, tam clare, ut licet fundamenta ex antiquis & novis Scholæ nostræ Doctoribus sint deprompta, digessit, ut ipsius Solæ radio potentes conscripserit. Tertium lib. de Resurrecti. carnis c. 47. Quare cum Scientia distributa scilicet in unum, & unum in plures non potest, & nisi publicetur elabatur, ex mente Hildeberti Turonensis Epistola prima. Nos inhiatissimi necdum præfatas lucubrationes iudicamus dignissimas, quæ recendantur in nostris partibus, verum & Vicariâ meâ auctoritate id fieri, concedo Domino Ioanni Wilhelmo Friessem Bibliopola, & Civî Coloniensi pro hac vice tantum, cumque subscriptis approbo. Colonia 15. Martii 1671.

Fr. CASPARVS von Eßlen / Ordinis Prædicatorum, S. T. D. Prior, & Vicarius Provincialis ad Prædictum. Roem & Mosellam. pp.

Fr. HENRICVS HILDEN Ordinis Prædicatorum, S. T. Doctor, & vicedominus in Vniuersitate Coloniensi publicus & ordinarius Professor.

Fr. IOANNES LORBECHER, Ordinis Prædicatorum, S. Theologie Doctor, & Sæculi Generis in Convenerio Egeni. m. pp.

PRIVILEGIUM CÆSAREVM.

LEOPOLDVS divina favente clementiâ Electus Romanorum IMPERATOR semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavonia, R. x. Archidux Austria, Dux Burgundia, Styria, Carinthia, Carniole & Wirtenberga, Comes Tyrolis, &c. Agnoscentes & notum facimus hanc præsentium universis, quod cum humillimè nobis exponi curavit noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus IOANNES WILHELMVS FRIES EM JUNIOR, Bibliopola Coloniensis se opus quoddam, cuius inscriptio sit, *Clypeus Theologicæ Thomisticæ, Auctore P. F. Ioanne Baptista Gonet Antecessor. Ordinis Prædicatorum Provinciae Theolosanae, strictioris observationis, & in Academia Burgundensi Antecessore pro bono publico, prælo & sumptibus suis in folio recudendum suscepit, veteri autem usque quod fieri solet) amulorum dolo vel fraude, qui primas istiusmodi editiones præpro, vere nonnunquam & vitiose imitari consueverint, ipse sperato laboris & impendii sui fructu, ad alios inque translato fraudatur, proinde suppliciter Nos rogavit, ut indemitati sui hoc loci privilegio nostro Typographico clementer considerere dignemur: Nos præcum eandem æquitate permoti, omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quibuscumque librariam negotiationem exercentibus, ferè inhiibuerimus & vetuerimus, prout per præsentis districte inhiibemus, & veteramus, ne quisquam eorum præfatum opus sine integritate, sive aliquam ejus partem citra memorati Friessem, ejusve hæredum voluntatem & assensum intra sexennium à primâ editionis die computandum quo cuicunque modo, caractere, aut formâ, majori vel minori imitando recudere, vel alio recudendum dare, aut à libris etiam impressum intra Sacri Romani Imperii Regnumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum fines apportare, vendere vel distrahere præsumat. Si quis autem idcirco hoc nostrum transgredi, violare aut contemnere deprehendatur, eum non solum libris istiusmodi perpetuam quippe reculis, & apportatis (quos dicitur Friessem, ejusve hæredes ubicumque inventi fuerint, sive propria, sive Magistratus ibidem auctoritate atque auxilio libi vendicare possunt) privandum, sed & penâ sex marcarum auri puri, cuius semis antedicto Friessem ejusve hæredibus, alter vero sextis Fisco nostro imperiali, fraudi vindicæ toties quoties contra factum fuerint, pendatur, omni spe veniæ sublata multandum decernimus, dummodo tamen fidei nostræ orthodoxæ, vel bonis moribus contrarium nihil contineat, & dicitur Friessem quatero, ad minimum dicti operis exemplaria suis sumptibus quamprimum ad Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmissit. Mandamus ergo universis & singulis nostris sacrisque Imperii, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum subditis, ac si libris dilectis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præminentia fuerint, præsertim vero Magistratibus tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, ne quenquam huic nostro Privilegio Cæsareo impune contraveniri, patiantur, quin transgressores supraferis poenis, aliisque modis idoneis coercant, quæ penus & ipsi eandem multam evitare voluerint: harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsareo appressi ne mutentur. Datum in Civitate nostra Viennæ die vigesima prima Februarii Anno Domini M. DC. LXXI. Regnorum nostrorum Romani 13. Hungariæ 16. Bohemiæ verò 15.*

LEOPOLDVS.

V. LEOPOLDVS GVILLIELMVS
Comes in Königegus. m. pp.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.
Christoph. Beuer. m. pp.

(L. S.)

SVMMA PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

CAROLI II. Hispaniarum, Indiarum, &c. Regis Catholici, & Belgarum Principis potentissimi diplomate sanctam est, ne quis librum intitulum, R. P. F. IOANNIS BAPTISTÆ GONET ORDINIS PRÆDicatorum, CLYPEVS THEOLOGICÆ SCHOLASTICÆ, præter IOANNIS WILHELMI FRIESSEM junioris, Civis & Bibliopola Coloniensis voluntatem intra novem ab hinc annos illo modo imprimat, sive intoto, sive in parte, aut à libris impressum adducere, vendere & distrahere, clam seu palam in hæc Inferioris Germaniæ Regionem, præter consensum prædicti IOANNIS WILHELMI FRIESSEM junioris præsumat, qui secus facit, confiscatione librorum, atque præterea pro quolibet exemplari 50 florenis Brabanticis pro prima vice solvendis, aliisque gravibus poenis multabitur, uti latius patet in litteris patentibus datis Bruxellis 18. Decembris. Anno M. DC. LXXI.

(L. S.)

Loyent

DISPVATIO